

*DA.* quid credas? quasi non tibi renuntiata sint haec sic fore.

20 *SI.* mihi quisquam? *DA.* eho an tute intellexti [hoc] ad- 500  
simularier? *SI.* inrideor.

*DA.* renuntiatumst; nam qui istaec tibi incidit suspicio?

*SI.* qui? quia te noram. *DA.* quasi tu dicas factum id  
consilio meo.

*SI.* certe enim scio. *DA.* non sati' me pernosti etiam  
quali' sim, Simo.

*SI.* egon te? *DA.* sed siquid tibi narrare ocepi, continuo  
dari

25 tibi verba censes. *SI.* falso! *DA.* itaque hercle nil iam 505  
muttire audeo.

*SI.* hoc ego scio unum, neminem peperisse hic. *DA.*  
intellexti;

sed nilo setius referetur mox huc puer ante ostium.

id ego iam nunc tibi, ere, renuntio futurum, ut sis sciens,  
ne tu hoc [mihi] posteriu' dicas Davi factum consilio aut  
dolis.

30 prorsus a me opinionem hanc tuam esse ego amotam volo. 510

*SI.* unde id scis? *DA.* audivi et credo: multa concurrunt  
simul

qui coniecturam hanc nunc facio. iam prius haec se e  
Pamphilo

gravidam dixit esse: inventumst falsum. nunc, postquam  
videt

nuptias domi adparari, missast ancilla ilico